



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

17 Exrahi ab Ecclesia, etiam exempta, nullus delinquens debet in casibus
permissis, nisi de licentia expressa Episcopi, vel ejus Officialis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

cunque privilegia , & indulta , & gratias per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores suos , & ipsummet , ac Sedem Apostolicam , ejusque Legatos super abducendis , vel extrahendis ab Ecclesiis , monasteriis , facellis , domibus secularibus , & regularibus , locisve sacris , ut religiosis , aliasque in casibus à jure permisiss , hominibus certorum tunc expressorum , vel non expressorum criminiū reis , aut fraudulentis decoctōribus , etiam in odium certorum delictorum , & pro bono pacis , & quiete publica , & ex causis urgentissimis , ac necessariis , & æquipollentibus casibus in iure expressis , atque ex paritate , identitate , aut majoritate rationis extensis , perpetuò , vel ad certum nondum elapsum tempus , seu ad vitam alicuius Principis , aut beneplacitum , seu aliás quomodo libet concessa , etiam iteratis , aut multiplicatis vicibus approbata , & innovata , ac usū recepta , litterasque Apostolicas sub plumbo , aut in forma Brevis , seu alias quomodo cunque desuper confectas , quarum tenores haberi voluit pro expressis , ac ad verbum insertis , ita reduxit , & moderatus fuit , ut laicis ad 16 ecclesiis , † locaque sacra , & religiosa prædicta configuentibus , si fuerint publici latrones , viarumque grassatores , qui itinera frequentata publicas stratas obsident , ac viatores ex infidiis aggrediuntur , aut depopulatores agrorum , quive homicidia , & mutilationes membrorum in ipsis ecclesiis , earumve cœmeteriis committere non verentur , aut , qui proditoriè proximum suum occiderit , aut assassinii , vel hæresis , aut læzæ majestatis in personam ipsiusmet Principis rei , immu-

titas ecclesiastica non suffrageretur , sed universis Prælatis , tam secularibus , quam cujusvis ordinis regularibus mandavit , & præcepit , ut laicos in casibus præmissis delinquentes , ad eorum ecclesiis , monasteria , domos , & alia loca supradicta sacra , seu religiosa respective configentes , & in eis se recipientes , atque morantes , qui prædicta delicta , eorumve aliquod judicio suo commississ videbantur , quando à curia seculari fuerint requisiti , ministris , & officialibus curiae secularis absque irregularitatis nota , aut alicujus censuræ ecclesiastice incursum tradi , & consignari faciant . Sed , ne curia secularis , illiusque ministri , facultate illos per se , & propria auctoritate extrahendi , & abducendi sibi olim attributa , & per eundem Gregorium , ut supra revocata abutantur , voluit , & auctoritate Apostolica decrevit , & declaravit , ut curia secularis , ejusque judices , & officiales ab ecclesiis , monasteriis , locisque sacris prædictis laicium aliquem , ut præfertur , delinquentem , in nullo ex casibus supradictis capere , extrahere , aut incarcерare possint sine expressa licentia Episcopi , † vel ejus officialis , & cum interventu personæ ecclesiasticæ ab eo auctoritatem habentis , ad quos solos , & non alios Episcopis inferiores , etiam si aliás Ordinarii sint , aut nullius diœcesis , aut conservatores à fede Apostolica specialiter , vel generaliter deputati prædictam licentiam dandi facultas pertineat .

Occurrente autem casu in loco exemplo , & nullius diœcesis , tunc ad Episcopum vicinorem hæc cognitio , & non ad alios devolvitur . Casu autem quo Episco-

Episcopus, & dictæ personæ Ecclesiasticae requisita illos in delictis superius expressis culpabiles, tradere, aut capture, & incarcerationi intervenire, & assistere²⁰ recularent; tuac reverentia tamen Ecclesie, & locis sacris debitæ memores prædictos delinquentes minori, quo id fieri poterit, cum scandalo, & tumultu extrahere possunt. Verum postquam ab Ecclesiis, locisque sacris extracti, & capti fuerint, † ad carceres Curiae Ecclesiasticae reponi, & inibi sub tuto, & firmo carcere, & opportuna custodia, data illis, si opus fuerit, per curiam secularem lunt deunendi, nec inde extraheudi, curæque seculari prædictæ sunt confignandi, vel tradendi, nisi cognito prius per Episcopum, seu ab eo deputatum, an ipsi verè crimina commiserint superius expressa, & constito de dictorum criminum commissione: tunc demandato Episcopi per judicem Ecclesiasticum Curiae seculari quacunque appellatione postposita sunt consignandi.

¹⁹ Non tamen pro crimine † hæresis, cuius cognitio ad forum Ecclesiasticum a deo spectat, ut in ea Curia secularis se quomodolibet intramittere non possit, minusque contra Ecclesiasticas personas seculares, aut cuiusvis ordinis, vel militia etiam Sancti Joannis Hierosolymitanorum regulares quoquemodo quorumcumque privilegiorum, indultorum, aut concessionum vigore; quæ omnia ad terminos juris fuerunt reducta. Quas nec ab Ecclesiis, monasteriis, domibus, locisque saeris, aut religiosis, etiam in casibas, supra expressis trahere, abduce-re, capere, carcereare, aut cognolere de criminibus ad forum Ecclesiasticum

pertinentibus, alias quam de jure, & per privilegia eisdem ordinibus, aut militiis concessa permittitur.

Si quis verò † quacunque dignitate, & auctoritate prædictus præmissorum, aut alio quovis prætextu, quicquam præter, aut contraria dictæ constitutionis tenorem attentare præsumplerit, censuras, & penas easdem incutit, quas libertatis, & immunitatis Ecclesiasticae violatores, per sacros Canones, & conciliorum generalium, aliasque Apostolicas constitutions promulgatas incurruunt: siveque per quocunque judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum culibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, in quavis instantia judicari, & definiiri debere mandavit: irritumque, & innane si fecus super his per quoscunque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, deerevit, non obstantibus Pij & Sixti V. & aliorum quorumcunque litteris Apostolicis, privilegiis, indultis, & facultatibus, quibus suis personis, etiam Imperiali, Regia, Ducali, aut alia quavis dignitate, & auctoritate fulgentibus, aut Rebus publicis, Dominis, Regnis, Provinciis, Civitatibus, Terris, & locis, eorumve Curis, Parlamentis, Senatibus, Consiliis, Communitatibus, Universitatibus, Collegiis, aut Præsidentibus. Proregibus, Gubernatoribus, Locaten-tibus, Vicariis, Potestatibus, aliquique Magistratibus, Officialibus, Ministris, aut Consiliariis, ex prædictis, vel aliis etiam gravioribus, & urgentioribus causis, tam illorum intuitu, & contem-

Q 2 pl-

